

/ Perillustris et R^{me} Domine. Libentissime vidi R.D. fratrem Pellicier ord.S^{ti} Dominici, et egi continuo cum Sanctissimo Pontifice, ut gratis omnino exp ediret bullas duarum abbatiarum; quod se facturum mihi pollicitus est. Spero iam esse expeditas.

5 Ago Deo nostro gratias pro sancta coniunctione R^{mae} D.V. cum patribus Societatis Iesu; illorum merit servire et obedire paternis admonitionibus Amplitudinis vestrae, ~~ix~~ et vicissim vestrum erit illos fovere et defendere. Quod ab utraque parte satis cumulate implendum esse non dubito. Non ero proluxior in scribendo, 10 quoniam R^{dus} Pater Pellicier omnia, quae hic aguntur, plenius wreferet. Opto R^{mae} D.V. vitam diuturnam, et incolumem in terris, ac postea beatam et sempiternam in coelis. Romae die 18 iunii 1610.

Arch.Vatic. Mss.Gesuit. 18 fol.37. Brouillon autogr.